



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Exercitium Perfectionis, Et Virtutum Christianarum

In tres Partes distinctum

**Rodríguez, Alonso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1622**

II. Causa, cur correctio non æquo animo admittatur, vnica est superbia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40105**

judicem esse. Si enim jura ciuilia cum iudicem, vt suspectum habent, qui alterutri litigantium plus equo fauet & amicus est, quanto magis in causa propria homo est suspectus habendus, qui tantoperè sui ipsius amans est? At aliquis quislibet quæ res nostras oculis omnis passionis experibus conspicit, siue defectus nostros defœcatus intuetur, meliorque eorundem censor est. Vt omittam, quod quatuor oculi (vti vulgò dicitur) plus videant quam duo.

ciliores reddit; credimus quippe nullum defectum subesse, itaque de correctione nostri nihilum laboramus.

Ajebat Diogenes; vt suos defectus & vitia quis emendet, debere vel fidum querere amicum, à quo commoneatur, vel acrem & durum inimicum, à quo reprehensum, vitium seu defectum, quem habet, corrigat. Postremum hoc in mundo iam communiter locum habet: vbi nulli sua vitia, indicantur, quàm ab inimico & aduersario quem habet: in inimicitia veritates quippe aperiuntur.

Laert. l. 6.

At hic in Religione dum vel vitia dicuntur, vel quis peccans reprehenditur, vel commonetur, id fit non ex odio, rancore, contentione, æmulatione, aut averse sione à te; sed ex vero amore, & sincero erga bonum tuum affectu. Primum ergo quod Philosophus ille dicebat, hic reperire est: in Superiore siquidem fidum verumque experimur amicum, qui magno quodam amore nostrorum nos defectu commonefaciat. Quam sanè tem permagis nos facere oportet, atque existimare ingentem quandam ab illo nobis retegum thesaurum, tum cum alicujus nos defectus admonet, quem quia nobis perspectus & notatus non erat, hinc etiam de eo corrigendo non laborabamus.

CAPVT II.

*Causa, cur correctio non a quo animo admittatur, vnica est superbia.*

Intolerabilis hominis superbia nulla iam magis apparet, quam quod dum errorum ac defectuum notatur ac monetur, non potest oportet, ipsum accipit; quæ quædem adeo jam passim inualuit, & communis est, vix vt sit, qui eorum notari monerive velit. Apertè id declarat Sanctus Augustinus: *Quis facile inueniet, qui velit reprehendi? & ubi est ille sapiens, de quo dictum est Proverbiorum nono: Argue*

Epist. ad Felicitatem & Ruffinum.

li 2 sapien-

Lib. de vit. cap. 19. tractat. 19. tom. 1. moral.

Ps. 104. 5.

Epist. 147. ad Proculian. Episc.

Ysaia 3. 26.

Prov. 27. 6.

Eccles. 7. 6.

Plutarch. etiam multo auro inimicum aliquem nobis ait comparandum; soli fidem inimici nobis vera dicunt. Hodierna siquidem die, quid aliud amici tui agunt, quàm adulari, blandiri & dicere; nihil in te penitus desiderari, omnia absoluta videri, cum tamen nihil sit, quod ipsis satisfaciat. Hodiè sanè in mundo id adulationis genus admodum frequens est: auertat v. Deus, ne etiam in religiosas domos ipsum irreat. Tanta verò nostra hominum est vanitas, vt quàm libentissimè audiamus, imò etiam præ philautia, quod deterius est, credamus; cum tamen Regium nos Prophetam imitari hac in re oporteret, quod de se dicebat: *Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.* Per leuem hanc peccatoris vncionem vultus, Augustin. adulationem, & blanditias intelligi. Has autem Propheta detestatur, mavultque à iusto corripiri in seruitute & misericordia, quàm blandis adulantium sermonibus laudari, & deliniri: hæ namque ad nihil aliud valent, quàm vt laudatum magis dementent ac decipiant, magisque rationis lumine priuent. Et adducit ad hunc sensum illud Isaie Prophete: *Popule meus, qui te beatum dicunt, ipse te decipiunt, & perniciem tibi creant.* Ediuerso, quod nos corripunt & monent, ingenti indubiè nos beneficio afficiunt. Nam meliora sunt vulnera diligentis, quàm fraudulentæ oscula odientis. Melius est à sapiente corripiri, quàm stultorum adulatione decipi. Quod enim mordet & pungit, hoc perflagrat; adulatoria verò manus curationem diffi-

*Prov. 9. 8. sapientem, & diliget te.* Næ ille verè sapiens est; cum tam eximium illud correctionis beneficium compensare, seq; idèò gratum exhibere norit. Verùm ubi nam locorum id genus viros, ita sapientes reperiemus? *Quis est hic, & laudabimus eum?*

*Ecl. 31. 9.*

Vnde S. Gregorius, Tam pleni sumus, inquit, superbia, adeoque illa profundè cordis nostri libris infixæ est, vt vestros ipsi errores ab alijs reperti non sustineamus, nec salutarem illorum correptionem æquamente excipere possimus, credimus enim hoc pacto æstimationi nostræ quidquam decedere, aut propterea nos minoris apud alios fieri; & quoniam in cute, quodammodo tangimur, honor inquam noster & æstimationi nostri periclitatur, hinc quamprimum indignantes exsilimus, & tantum abest, vt propterea corripienti gratias agamus, vt nobis etiam insignem injuriam, contumeliam, imò etiam persecutionem irrogari arbitremur. *Isti, inquit, cum se impeti redargutione conspiciunt, gladium persecutionis credunt.* Vnde etiam nonnulli, dum identidem errorum defectuumque corripuntur ac monentur, dicere apertè solent, ac non verentur, sibi persecutionem à monentibus intentari, sibi illos esse exosos, illosq; ex rancore quodam id facere sunt, præterea, inquit idem alio in loco, nonnulli, qui suos quidem ipsi defectus libenter apud alios enarrant ac produnt; si quando tamen hos ex alijs audiunt, aut propter eos coarguuntur, quamprimum indignantes effervescent, eos oppugnant, & excusant: neque enim tales credi, haberi que volunt. Et hujusmodi, verè humiles non sunt, nec suos cum vera cognitione sui defectus edicunt; si namq; humiles forent, seque verè defectibus plenos agnoscerent, taliaque non ficerent, sed sincerè, de se dicerent & sentirent, non rantoperè concitarentur, si quando ea ex alio quopiam audiunt, neque etiam in tantum sese purgare, existinationemque rueri suam tam præfractè contenderent. Vera quippe humilitas in eo sita, vt pri-

*Lib. 10. Moral. cap. 3.*

*Lib. 22. Moral. cap. 14. Ecl. 24. cap. 12.*

mo se quis cognoscat, parui faciat, præ nihilo ducat, deinde etiam alijs patere suos defectus, & nullo se in numero haberi apud eos velit ac gaudeat. Qui tales sunt, inquit Gregorius, satis commonstrant, suos se defectus non idèò aperuisse, vt propterea parui ducerentur, sed quoddam bonitatis & humilitatis nomen aucuparentur, bonique & humiles mundo apparerent, scriptum quippe est, *Iustus prior est accusator sui*, suaque errata haud inuitus confitetur. Honorem scilicet aliquem comparare tibi gestis, & haberi ab alijs humilis: ad quod, quoniam optima tibi ratio videtur culpas tuas, & defectus aperire, idèò eas declaras, dispar verò & inepta eas ab alio enarrari, teque corripì, imò verò, ne in dedecus aliquod tuum infamiam & contumeliam id redundet, hinc est, quòd correptionem ipse æquanimiter ferre non queas. Tam hoc, quam illud superbiæ redolet. Inde est, quod, esto quis ad oculum videat & agnoscat, vera esse, quæ sibi ab alijs oggeruntur, illosq; efficacissimè quibusdam ad hoc monendum rationibus impelli, nihilominus propterea turbetur, & indignans concitetur.

Adeò etiam dicere non liceat, *Argue sapientem, & diliget te:* (neq; enim hodierna die tales sapientes reperire est, qui nimirum corripì, reprehendi; gaudeant, & corripienti monent, que gratos se exhibeant, gratiasq; agant) sed illud, quod eodem loco immèditè antè idem sapiens posuit, *Noli arguere dorsorem, aut superbum, ne oderit te, à te is fiat alienior, & tu ipse ei exosus.* Ita quippe hodie in mundo passim fit, talis hæc ætate mos communiter inualuit. *Non amat pestilens eum, imò verò detestatur & abhorret, qui se ob defectus notatos corripit, veritatemque ei aperit, nec ad sapientes graditur.* Nam verè veritas odium parit. Vnde non inicitè id genus hominum SS. Patres ægrotis phreneticis, cerebrumque turbatum habentibus, qui & medicum nullum ad se adire sinunt, sed longè longius ab eo fugitant, & omnia, quæ sibi applican-

*Prov. 9. 8. Prov. 17. 17. Prov. 18. 17. Prov. 19. 9. 10. Prov. 24. 12. Prov. 25. 12. Prov. 26. 12. Prov. 27. 12. Prov. 28. 12. Prov. 29. 12. Prov. 30. 12. Prov. 31. 12. Prov. 32. 12. Prov. 33. 12. Prov. 34. 12. Prov. 35. 12. Prov. 36. 12. Prov. 37. 12. Prov. 38. 12. Prov. 39. 12. Prov. 40. 12. Prov. 41. 12. Prov. 42. 12. Prov. 43. 12. Prov. 44. 12. Prov. 45. 12. Prov. 46. 12. Prov. 47. 12. Prov. 48. 12. Prov. 49. 12. Prov. 50. 12. Prov. 51. 12. Prov. 52. 12. Prov. 53. 12. Prov. 54. 12. Prov. 55. 12. Prov. 56. 12. Prov. 57. 12. Prov. 58. 12. Prov. 59. 12. Prov. 60. 12. Prov. 61. 12. Prov. 62. 12. Prov. 63. 12. Prov. 64. 12. Prov. 65. 12. Prov. 66. 12. Prov. 67. 12. Prov. 68. 12. Prov. 69. 12. Prov. 70. 12. Prov. 71. 12. Prov. 72. 12. Prov. 73. 12. Prov. 74. 12. Prov. 75. 12. Prov. 76. 12. Prov. 77. 12. Prov. 78. 12. Prov. 79. 12. Prov. 80. 12. Prov. 81. 12. Prov. 82. 12. Prov. 83. 12. Prov. 84. 12. Prov. 85. 12. Prov. 86. 12. Prov. 87. 12. Prov. 88. 12. Prov. 89. 12. Prov. 90. 12. Prov. 91. 12. Prov. 92. 12. Prov. 93. 12. Prov. 94. 12. Prov. 95. 12. Prov. 96. 12. Prov. 97. 12. Prov. 98. 12. Prov. 99. 12. Prov. 100. 12.*

tur, medicamenta expellunt, abhorrent, & à se reiciunt: tum ex ipsa morbi vi & vehementer, tum quod male te habere nesciant. Que eo comparatio melior est, quod illam & Spiritus Sanctus adhibuit.

Prov. 12. 1.

Qui, inquit, odit increpationes, & correctionem abhorret, non solum à virtute & humilitate parum instructus est, verum etiam iudicij, prudentieque indigus; ac verbo ut dicam, insipientis est, quod medicinam repudiat, & medico medicari & iuuare enixe cupienti indignetur ac succenseat.

CAPVT III.

*Que sequi incommoda & damna nata sint ex eo, quod correptio in bonam partem non accipitur.*

Hæc quidem superbia & hominum dementia eatenus pertingit & excreuit, vix ut sit hodie, qui alium defectuum notare aut monere ausus sit, nemo enim amici sui gratia vult excidere, nemo iurgium aut alienationem suo, ut dicitur, ære mercari. Iuste autem ac pro merito fit, ut qui huiusmodi est, derelinquatur, nec à quoquam postea curetur: Quid enim æger, curari detrectans, ac medicos repellens meretur? ut non curetur, deferatur, mori sinatur. Idem porro promeretur, qui corrigi refugit, & cõmonitionem correptionemque in deteriorem partem interpretatur. Vnde Sapiens: Qui increpationes odit, morietur, & qui abicit disciplinam, despiciet animam suam. Promeretur inquam, ut à nemine deinceps corripiatur, sed in graua aliqua scelera prolabatur, eaque publica sint, in aliorum omnium oculos incurrant, passim ob illa murmuretur, interim vero nemo sit qui ea ipsi aperiat vel manifestet. Ita plerumque id genus hominibus contingere solet: quod sane vnum de maximis grauissimisque, quæ in eis infligantur, flagellis est & castigationibus.

Prov. 15. 10: & 32.

Curauimus, inquit Propheta, Babylonem, & non est sanata, derelinquamus eam. Cum vinea amplius non pastinatur, nec putatur profus emori finitur, & de feracitate eius desperatur: pari modo perditam ac desperatam salutis vulgo habetur hominem, cum nemo eum propterea, quod bona consilia monitionesque in bonam partem non accipit, curare sustinet.

Medicamenta & curaionem admittere non vult, ergo eum deseramus. Epistol. ad Societatē.

Quare grauitè R. P. N. Fr. i. i. de Borgia, de incommodis & dispendijs, & correctione animi iniquo accepta sequi solitis, loquens, sic scribit: Ita fiet, ut in duorum grauium inconuenientium alterutrum simus prolapsuri. Vel enim, eo quod desit correptio, defectus constabuntur, firmabuntur. Solidabunturque in iis qui eos habebunt, quod non sit, qui infirmo tam moroso impatientique adhibere medicinam velit. Vel si forte monetur reprehenditurque, qui vere reprehendi opus habet, adeo se gratum non exhibet, ut inde amaricetur, turbetur, atque auersionem animi à bene monente concipiat. Vnde fiet, ut vniuersa domus breui quadam sit fellis & amaritudinis colluuiis futura, inde ortum sumentis, quod imperfectiores seipso non agnoscant, ut qui monitionem correptionemque alienam non prout oportet excipiant, sed velut iniuriam interpretantur id, quod in summi beneficii coram reponendum erat: & inde offendi iniuriaque se putant affici, quod gratitudinis esse debebat occasio, antipharmacum conuertentes in venenum. Quocirca non parum timere quisque deberet, atque ita secum ratiocinari: Quid scio, an non idcirco non moner, quod desperatæ sim salutis? ideo errorum ac defectuum non coarguat, quod correctionem reprehensionemque alias datam secus atque oportuit excepi? Vult autem eo in loco P. Borgia, ut illam principiorum (quando videlicet correctio & defectus reprehensio nullam animorum amaritudinem, at visceralem potius amorem & insignem gratitudinem causabat) illam inquam simplicitatem, caritatem ac candorem non modo integram conseruemus, sed & ad posteros committamus.